

CAPVT XVIII

18. d. 4. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

DICEBAT autem & parabolas ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere. 2. dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reueretur. 3. Vidua autem quaedam erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum, dicens: vindicam me de aduersario meo: 4. Et nolebat per multum tempus. Post haec autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem reuerere: 5. tamen quia molesta est mihi haec uidua, vindicabo illam, ne in nouissimo ueniens suggillet me. 6. At autem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit: 7. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? 8. Dico uobis, quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamen Filius hominis ueniens, putas, inueniet fidem in terra? 9. Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolas istas. 10. Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent: unus Pharisaeus, & alter Publicanus. 11. Pharisaeus stans, haec apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum: raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic Publicanus. 12. ieiunio bis in sabbato: decimas de omnium que possideo. 13. Et Publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad caelum leuare: sed percutebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. 14. Dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. 15. Asserebant autem ad illum & infantes, ut eos tangeret. Quod cum uiderent discipuli, increpabant illos. 16. Iesus autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros uenire ad me, & nolite vetare eos: talium est enim regnum Dei. 17. Amen dico uobis: Quicumque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud. 18. Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciens uitam aeternam habes uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo: & ueni sequere me. 19. Respondit illi: Quid me dicit bonum? nemo bonus nisi solus Deus. 20. Mandata uero: Non occides: Non moechaberis: Non fur tuum facies: Non falsum testimonium dices: Honor a patrem tuum, & matrem. 21. Quid ait: Haec omnia custodiu i uentutis mea. 22. Quo audito, Iesus ait ei: adhuc unum tibi deest: omnia quae uenit habes uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo: & ueni sequere me. 23. Et ille audiens, contristatus est, quia diues erat ualde. 24. Videns autem Iesus illum tristem factum, dixit: Quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. 25. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei. 26. Et dixerunt, qui audiebant: Et quis potest istud fieri? 27. At illi: Quae impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. 28. At autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. 29. Qui dixit eis, Amen dico uobis, nemo est, qui reliquit domum, & aut parentes, & fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, 30. & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in saeculo uenturo uitam aeternam. 31. Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus ierosolimam, & consummabuntur omnia, quae scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. 32. Tradetur enim Genibus, & illudetur, & flagellabitur, & consuetur: 33. & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget. 34. Et ipsi nihil horum intellexerunt: & erat uerbum istud absconditum ab eis, & non intellegebant quae dicebantur. 35. Factum est autem, cum appropinquaret Iericho, caecus quidam sedebat secus uiam, mendicans. 36. Et cum audiret turbam praeterentem, interrogabat quid hoc esset. 37. Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. 38. Et clamauit, dicens, Iesu fili Dauid miserere mei. 39. Et qui praebant, increpabant eum ut taceret. Ipse uero multo magis clamauit: Fili Dauid miserere mei. 40. Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum, 41. dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine ut uideam. 42. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. 43. Et consedit uidus, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs, ut uidit, dedit laudem Deo.

IN CAPVT XVIII

DICEBAT autem parabolas ad illos, quoniam oportet semper orare. Id est, ut doceret, oportere semper orare. Propositio eodem loco, eodemque tempore parabolae, quo ea, quae extremo superiore capite narrata sunt, acceiderunt, non ideo solum credendum est, quod proxime sit posita, sed etiam, quod sententia sententiae bene cohaereat. Locutus enim fuerat Christus de futuris persecutionibus, de quae repentino aduentu ad iudicium suo: docet nunc uigilandum, orandumque esse, ne imparati opprimantur, ut ad Deo omnibus impendentibus malis liberentur. Nihil esse, quod ad Deo affidua, & importuna quodam modo oratio impetrare non possit. Idem simili parabola supra docuerat c. 17. eius, qui cum ad amicum media nocte uenisset, ut tres ab eo mutuo peteret panes, propter importunas preces obtrinit. Et non deficere.] G. K. id est, & non fatigari, id est non cessare ab oratione propter fatigationem, aut impetrandi desperationem. Quod D. Paulus i. Thes. 5. 17. clarius dicit, sine intermissione orate. Quae sententia quomodo intelligenda esset, multi graues auctores magno studio quaesierunt. Vulgares sunt interpretationes duae, quas affert Beda. Altera semper orandum, non quod semper in oratione occupati esse possimus, sed quod semper aut orare, aut aliquid boni agere debeamus. Bene orare, qui bene agit. Altera, semper orare eum, & nunquam deficere, qui horis canonicis iuxta ritum Ecclesiasticae traditionis psalmodiis, precibusque contactus Dominum laudare, & rogare non desinit. Hoc esse, quod dicebat David, Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Quas interpretationes duas & Strabus, & Euthysecutus est. Paulo propius Lyanus ad sensum accesserat, sed non est affecutus. Aduertium semper, non continuationem temporis, sed orationis instantiam congruis horis, ut Strabus, & Beda dixerant, significare. Simplicissimus, & clarissimus sensus est, non quid dies, ac nocte sine ulla intermissione, quod omnino fieri non potest: non statuti horis, et si id ecclesia pie sanctaeque facit, orandum esse: nam id quidem homines Ecclesiasticae facere

18. d. 4. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

facere debent, alij necessario non debent, sed cum aliquid a Deo petimus, non debere, si consecuti non fuerimus, desperare, & animi abiicere, hoc est deficere, sed instare, pulsare, iterumque idem petere, donec saltem propter improbitatem obtimeamus. Atque hoc ipsum est, quod D. Paulus dicit, sine intermissione. Non enim significat nunquam nos omnino debere ab oratione desistere, quod fieri nullo modo potest. Nam ut edentes, bibentesque orare possumus, quod non nisi ualde perfecti faciunt: ceteri dormientes minime possumus, & est necessarium sanctissimo cuique aliquando dormire. Sed significat non debere nos orationem desperandos omittere, si quod petimus, saepe orantes consecuti non sumus. 2. Iudex quidam erat in quadam ciuitate.] In iudice potius, quam in alia persona parabolas, ut opinor, posuit, quo argumentum, quod in ea lateret, maiorem vim haberet. Laet autem argumentum a minori ad maius, aut dissimili, ut ait Aug. ser. 26. de uerbis Domini secundum Lucam, & lib. 2. 99. Euan. c. 45. Si homo ille iniquus nec Deum, nec homines metuens, tamen mulieri propter assiduas eius preces concessit, quod petebat, quanto magis Deus nobis concedet, si assidue illum orauerimus? Quemadmodum alio loco dixit, Si uos cum sitis malis, uisum data dare filijs uestris, quanto magis pater uester de caelo dabit spiritum bonum petentibus ser. 11. 13. Hoc ut concluderet, nulla aptior potuit esse persona, quam iudicis: cuius officium ipsum requirit, ut leuatus, & precibus inflexibilis sit. Non consideres, inquit, personam pauperis nec honores uirtutum potentis, in se iudicia proximo tuo. Leu. 19. 15. Si ergo homo & natura sua crudelis, & officio inexorabilis, & motibus impius simul, & impudens, qui nec Deum, nec homines reuereretur, tamen flexus est precibus, quanto magis fleatur Deus natura clemens, officio pater, moribus benignissimus? Hac eadem de causa adiecit Christus, Quia Deum non timebat, & hominem non reueretur, ut argumentum maiorem vim haberet, sumptum ex homine, qui nec Dei, nec hominum metu fleat ad miserationem posset. Sunt enim, qui quod Dei metu non faciunt, hominum respectu faciunt: quod eos timeant, sine quod eis placere uelint: & cum impij omnino sint, uideri pij. Perditissimus est, qui nec uideri quidem bonus cupit. Magnam malum hypocritis est, sed hoc tamen habet boni, quod bene adhuc de uirtute, quam simulat, sentire uideatur. Multaque contra hypocritas clamant, quos praeterea hypocritas esse. 3. Vidua autem quaedam erat in ciuitate illa.] Viduam proposuit, quia huiusmodi persona omnium iniuriis exposita esse solet: & quia est bonum, atque benignum iudicis magis impium tamen, crudelem, & impudentem, qualem illum descriperat, minus mouere poterat. Nam si Deum timuisset, uideam potius, quam aliam miserabilem personam adiuuisset: si homines, saltem ut pius, & benignus uideretur iudex, uideatque suscepisset patrocinium. Cum nec Deum, nec homines reuereretur, nullam personam minus, quam pauperem uideam, a qua nihil sperandum, nihil timendum erat, iuuare poterat. Et tamen tamen propter assiduas preces iuuat. Et ueniebat ad eum dicens.] Ueniebat quotidie, aut certe frequentissime, idque per longum tempus, ut v. 4. declarat, estque in primis ad sententiam parabolae necessarium: ut probetur semper nobis, id est donec, quod petimus, impetremus, orandum esse, nunquam desperatione desistendum. Quod autem uidua petiit, vindicam de aduersario meo, perinde est, ac si dicat, Tuerte me ab iniuria, quam aduersarius mihi facit. Non enim uindictam, sed iustitiam petebat. Sed ipsa aliquando iniuria uindicta est, quae quia non priuata, sed publica sit auctoritate, ea et culpa. Nec uolebat docere Christum debere nos a Deo inimicorum nostrorum petere uindictam: sed propterea uindictae & aduersarii exemplum proposuit, quia de persecutionibus agebat, quas discipuli passuri erant, docebatque fore, ut si assiduis Deum uirgerent precibus, eos tandem sumpta de persecutoribus uindicta liberaret. Loquitur etiam accommodata ad humanos mores. Solent enim homines ab alijs laesi quae ere uindictam. Quemadmodum & animae sanctorum Martyrum interdocetur uindictam petentes suorum persecutorum. Apoc. 6. 10. Vsq. uero Domine sanctus, & uerus non iudicatur, & non uindicta sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Non quod animae sanctorum uindictam petant: sed quod petere homines uoleant. Eodemque modo intelligi potest, sicuti alias legitimus uiros sanctos uindicta a Deo postulare. 5. Tamen quia molesta est mihi haec uidua, vindicabo illam.] Non est hoc ita intelligendum, quasi Deus nobis aliquando, ne illi molestus timus, petita concedat. Nam nec molestia uila affici potest: & nihil illi gratius est, quam ut nos ipsi orando molesti esse uideamur. Sed significat Christus, quod iudex ille fecit, ut molestiam auerteret: id multo magis, ut misericordiam exerceret, facturum esse Deum. Ne in nouissimo ueniens suggillet me.] Sic quidam hoc interpretatur, ne mihi pergit esse molestia, ne tandem me obtudat, & quasi uerbis flagellatum litium reddat: uideam enim uerba uerba illi, quia molestia erant, uisa fuisse. Hoc esse, ut supra dicitur, quod uerbo Graece est. Atque ita quidem Augustinus lib. 2. 99. Euan. ca. 45. & Beda uidentur intellexisse. Sed obstat plane, quod dicit, in nouissimo: cur enim timeat, ne sibi potius in nouissimo tempore, quam toto tempore, quo perseuerasset, molestia esset? Euthymius, quod Graece est eis 718. non interpretatur in nouissimo, sed in fine, id est semper, quo scilicet quidam multos psalmos eis 718. in fine inscribi putant. Quod paulo quidem magis uideatur conuenire, ut sensus sit ne perpetuo ueniens perturbet me: id enim uerbum etiam significat. Suspicor ego ad multarum gentium consuetudinem alludi, quia iudices non perpetui, sed ad certum tempus constituti solent: qui ab officio remoti accusari solent, si quid cui fecerint iniuria: & nouo iudice, si crimen probatum fuerit, condemnari. Hoc mihi uideatur iudex ille, quamuis nec Deum timeat, nec homines reuereretur, timuisse, ne forte in nouissimo eis 718. id est cum perfidus esset officio, a uidua illa coram successore suo accusaretur, quod rogatus ab ea saepe, ut ipsi redderet, non reddidisset. Atque hoc est Latine suggillare, id est accusare, reprehendere, quo uerbo Latinus uis solet, Graece 718. affligere, petri uerbo, quasi dicat, ne postquam magistratu abierto, negotium mihi facesset. Uideatur alludere iudex ad praesentem molestiam, quam illi quotidie mulier exhibebat, quasi dicat, quia mihi nunc molestia est, & ne postquam magistratu perfunctus fuero, multo mihi magis molestia sit, si me male administrati officij, neglectaque reipublice acculerint, uindicta bo illam. Lewis illa obiectio est, quomodo hoc timebat, qui nec timebat Deum, nec homines reueretur? Non propter Deum, aut homines, sed propter se timebat, ne accusatus condemnaretur. Hoc enim impiorum hominum ingenium est, ut cum diuina omnia, humanaeque contemnant, sibi tamen maxime timeant. Quid iudex, quid uidua, quid aduersarius significet, opus non est disputare. Iudex Deus est, non quidem similitudine, sed dissimilitudine potius eum referens, ut supra ex Augustino, & Beda declarauimus. Vidua nos sumus, & quisquis persecutionem iniuste patitur. Aduersarius

Non docet Christus, ut uindictam petamus.

Lib. 1. belli Macedon. c. 11. 12.

Et vestra iudicia. Tūder autem peccus quid est, nisi ar-
guere quod later in peccatore. & euident pulsi oculum casti-
gare peccatum? Quare hoc fecistis, nisi quia audistis. Con-
fiteor tibi pater. Confiteor, audistis; qui confiteor, non asien-
ditis.
Dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.] Paucis vitur
peccator verbis; altero se peccatorem confiteor, alte-
ro veniam petit. Hoc est quod alibi Christus docet,
Cum oratis nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt: pu-
rant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Matthæi
6.7. Satis apud Deum loquitur, satisq; apud eum di-
serte causam suam agit, qui se humiliter peccatorem
agnoscit.
14. Amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domum
suam ab illo.] Id est, venerat in templum iniustus, re-
dijt domum iustior Pharisæo. Hic verus est sensus. Ita-
que nō significatur quidem hoc loco aut publicanum
vere iustificatum fuisse, aut vere damnatum Pharisæum,
quamquam ira Euthymius intelligit; quasi sensus
sit, descendit hic iustificatus ab illo, id est, hic iustificatus,
non ille: sed significatur iustiorē a Deo, quam Pha-

riseum fuisse iudicatum. Nota enim est phrasī He-
braica. Iustificasti sorores tuas in omnibus adulationibus
tuis, quas operatus es. Ezech. 16. 51. id est iustiores, quon-
iam esse declarasti, quāvis: et tu, nec ille sitis iustus. Hic,
inquam, est sensus: et credendum est & vere iustifica-
tū publicanum, & vere damnatum fuisse Pharisæum,
si historia nō para-bola fuit: quia nec potuit non iusti-
ficari humilitas tanta, nec tanta superbia nō damna-
ri. Potest autē quod dicit ab illo, duobus modis intelli-
gi, aut ita ut ipse positio ab personam agentem decla-
ret, aut ita ut solum significet comparationē, ut apud
Hebræos.] Prio modo si intelligatur, sensus erit
Pharisæum illum adeo le cum Deo elatē, arrogantē q;
gestisse, ut publicanum, quamvis publicum peccato-
rem iustificauerit, id est iustiorē se esse declarauerit,
cum se tam modeste, & modice gessent. Si posteriori,
publicanum non quidem a Pharisæo, sed a Deo præ
Pharisæo fuisse iustificatum: sententia vtroque modo
eadem est, phrasī tātam diuersa. Quæ sequuntur vsq;
ad finem capituli apud Matthæum, & Marcum in locis
ad marginem indicatis explicauimus.

Hebraica
phrasī in-
iustificatus
iustior

CAPVT XIX.

Ingressus perambulabat Iericho. 2. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publica-
norum, & ipse diues. 3. & quarebat videre Iesum, quis esset: & non poterat pro turba, quia sta-
tura pusillus erat. 4. Et praecurrrens ascendit in arborem ficomorum, ut videret eum: quia inde
erat visiturus. 5. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesum vidit illum, & dixit ad eum, Zachee
festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. 6. Et festinans descendit, & excepit illum
gaudens. 7. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quod ad hominem peccatorem diuertisset. 8. Stans
autem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum dabo. Domine, do pauperibus: & si quid ali-
quem defraudauit, reddo quadruplum. 9. At Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod & ipse
filius sit Abrahæ. 10. Venit enim Filius hominis querere, & saluum facere quod perierat. 11. Hæc illis audien-
tibus adieciens, dixit parabola, eo quod esset prope Ierusalem: & quia existimaret quod concessim regnum
Dei mansisset areturus. 12. Dixit ergo: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum,
& reuertit. 13. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Ne gottamini diuino. 14.
Cuius autem eius oderant eum: & miserunt legationem post illam, dicentes: Nolimus hunc regnare super nos.
15. Et factum est: ut rediret accepto regno: & iussit vocare seruos, quibus dedit pecuniam, ut serui quantum
quisque negotiatus esset. 16. Venit autem primus dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisiui. 17. Et ait illi:
Euge bone serue, quia in modico fuisi fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. 18. Et alter venit,
dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. 21. Stimuli enim te, quia homo austerus es: tollis
quod non posuisti, & metis quod non seminasti. 22. Dicit ei: De ore tuo te iudico serue nequam, sciebas quod ego
homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminasti. 23. & quare non dedisti pecuniam
meam ad mensam, ut ego veniens cum usuris vtique exegissem illam? 24. Et astutus dixit: Auferite ab illo
mnas, & date illi decem mnas habet. 25. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. 26. Dico autem vo-
bis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo. 27.
Verum amen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc: & interficite ante me. 28.
Et huius dictis, præcedebat ascendens Ierusalem. 29. Et factum est, cum appropinquasset ad Bethphage, &
Bethaniam ad montem, qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos suos, 30. dicens: Ite in castrum quod contra
est: in quod introeuntes, inuenietis pullum asinae alligatum, cui nemo vnquam hominum sedit: soluite illum, &
adducite. 31. Et si quis vos interrogauerit: Quare soluitis? sic dicetis ei: Quia Dominus operam eius desiderat.
32. Abierunt autem qui missi erant: & inuenerunt, sicut dixit illis, inuenit pullum, sicut dixit illis, inuenit pullum. 33. Soluentibus autem
illis pullum, dixerunt dominus ad illos: Quid soluitis pullum? 34. At illi dixerunt: Quia Dominus etiam ne-
cessarium habet. 35. Et duxerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua supra pullum, non posuerunt Iesum.
36. Euntes autem illo, subterhebant vestimenta sua in via. 37. Et cum appropinquaret iam ad descensum Montis
Oliueti, cœperunt omnes turbe discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant,
virtutibus. 38. dicentes: Benedictus, qui venit rex in nomine Domini, pax in caelo. & gloria in excelsis.
39. Et quidam Pharisæorum de turbis dixerunt ad illum: Ad illud: Magister, increpa discipulos tuos. 40. Quibus
ipse ait: Dico vobis, quia si huius iactauerunt, lapides clamabunt. 41. Et ut appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit
super illam, dicens: 42. Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi inuincunt autem ab-
condita sunt ab oculis tuis. 43. Quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallē, & circumdabunt
te: & conquisitabunt te vndique. 44. & ad terram prosterment te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relin-
qucat

Matth. 23. b.
12.
Matth. 27. b.
12.

Sup. ca. 13.
Matth. 13. b.
12. & 15. c.
29.
Matth. 24. c.
Matth. 21. a.
1.

Ioan. 11. b.
14.

Matth. 24. a.

quent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tue. 45. Et ingressus in templum,
cepit eicere vendentes in illo, & ementes. 46. dicens illis: Scriptum est: Quia domus mea domus orationis est.
Vos autem fecistis illam speluncam latronum. 47. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdo-
rum, & Scribæ, & Principes plebis quærebant illum perire: 48. & non inueniebant quid facerent illi, Omnis
enim populus suspensusus erat, audiens illum.

IN CAPVT XIX.

Et ingressus.] In vibem scilicet ipsam Iericho, vt
quam appropinquasse dixerat ca. superiore v. 35.
Tendebat enim Christus, cum hoc accidit, Ieroly-
mam, vt pateret, quem ad modum constat ex Marco
c. 10. 32. De vrbē autē Iericho, quæ scilicet necessaria esse
indicauimus, apud Matthæum diximus c. 20. 29. Erat
enim in via a Iordane Ierolyman eantibus.
Perambulabat Iericho.] Lustrabat vibem, animas ni-
mirum perditas quærens, vt soleat medici ægrotam
obire domos. Nec operam perdidit. Zachæum enim
ægrotum inuenit, sanum reliquit. Ex hoc loco perspi-
cum est non seruasse Lu. am in hac præsertim histo-
ria ordinem temporum. Nam miraculum illud cura-
ti cæci, quod superiore capite narrauit ver. 35. factum
fuit, postquam ab Iericho fuisse egressus, vt ex Marco
cap. 20. 29. & ex Marco cap. 10. 46. manifestum est,
nunc vero redit ad commemorandum id, quod in ip-
sa acciderat vrbē, cur id fecerat apud Matthæum ex-
posuimus.
2. Et ecce vir. Quasi dicat, quærebatur, quos sanaret, &
ecce illi ægrotus occurrit.
Nemine Zachæus, & hic princeps erat publicanorum, &
ipse diues.] Tribus rebus hominem Evangelista descri-
bit nomine, officio, diuitiis, partim vt plus fidei esset
historiæ, partim vt doceret etiam homines diuites, nec
publicanos modo, sed principes etiam publicanorum
in Christum credidisse, ad eoque fuisse saluos. Tum
etiam vt indicaret, quomodo enim Christus postea dixit
ver. 10. Venit enim filius hominis querere, & saluum
facere, quod perierat. Maxime enim publicani perisse
credebantur. Et est simile vero Scribas, & Pharisæos
tuo more murmurasse, quod ad publicanum, & ho-
minem publici habitum peccatorem Christum diuertit-
tisset, vt Marco 9. 11. 12. & 11. 19. Quod dicit, & ipse
diues, videtur Hebraicus esse, & dicitur in arboribus, qui
Latine resoluere, Princeps publicanorum, isque
diues, aut, qui & diues erat. Auger enim orationem.
Omnes publicani diuites esse solebāt, ille inter publi-
canos ipsos ditissimus erat, propterea quæ eorum prin-
ceps. Nam inter eos, qui solas quærent diuitias, qui illis
maxime abundant, principes sunt. Hoc eo etiam per-
tinet, vt intelligatur, quantæ eius fuerint elemosinæ,
cum inter locupletes locupletissimus esset, & dimi-
diam bonorum suorum partem pauperibus erogauerit
ver. 8.

3. Et quarebat videre Iesum, quis esset.] Quis esset eo-
rum, quos in conferta & confusa videbat turba. Quæ-
rebat dixit, pro volebat, aut conabatur Græco idioma-
te, & dicitur idem. Conabatur autem videre commotus fa-
ma sanctitatis, & miraculorum eius, quæ longe lateq; E-
pæusque batur.
Et non poterat pro turba, quia statura pusillus erat.] Sen-
sus est facilis, potest q; facile ad mores trahi, omnes ho-
mines ad Chæitum Zachæi sunt, parui sunt, videte
eum præ turba non possunt, quia nemo potest veni-
re ad eum, nisi pater eius traxerit illum, nisi fide in ar-
borem lycomorum ascendat, nisi in crucem credat,
I. Cor. 2. 21. Iudas quem scandalum gentibus autem scilicet iam. Tur-
ba vtique huius mundi impedit nos, quo minus Chri-
stum dignoscamus, relinquenda, calcanda nobis ad
maiores virtutē ascendendū, turba est, de alto Chri-

Ioan. 8. 44.

I. Cor. 2. 21.

stus videndus. Nemo potest, inquit Ambrosius, Iesum videre
constitutum in terra. Sed hæc a nostro instituto aliena
sunt, & meliora apud Aug. ser. 8. de verbis Apostoli, &
ser. 110. de tempore, & apud Græc. lib. 27. Mot. c. 26. &
apud Ambrosium, & Bedam in huius loci commen-
tariis, & apud Theophilum Antiocheum lib. alleg.
3. facile lectioni inueniet.
Et præ urtem ascendit in arborem ficomorum, vt vide-
ret eum.] Curtes autem eum, quā transiturus erat, vt an-
te quā accederet, spatium haberet in arborem, q; in via
esse sciebat, ascendendi. Sycomorus, aut lycocomum,
quæ arbor sit, nō magni operæ pretii est scire velle. Plin-
nius Ægyptiam ficum vocat, huius quæ describit verbis:
Ante omnia ficus ob id Ægyptia cognominata, arbor moto si-
mili folio, magnitudine, aspectu. Pomum ferri non ramis, sed
caudice ipso: idq; ipsum ficus est prædilectus, sine granis interio-
ribus, per quam se vno prouenit, suspensio tantum ferre
inguidibus, aliter nō maturet. Esse autē eandem arborem
lycomorum, & ficum Ægyptiam non solum ex Dio-
scoride magno in tali auctorē, sed etiam ex Augusti-
ser. 8. de verbis Apostoli perspicuū est, qui & lycomo-
rum quasi fatuam ficum dictā esse docet, & in Africa
quidem rarā, in Iudæa ad modum fuisse frequentē.
Quia inde erat transiturus.] In Iudæam quædam dicitur, q; dicitur
quia illic erat transiturus.

5. Zachæus festinans descende, quia hodie in domo tua ope-
ret me manere.] Magnum beneficium, inquit Aug. ser. 8. de
verbis Apostoli, ille arbitrabatur Christum videre. Qui ma-
gnum, & ineffabile beneficium putabat ir. inuenit videri,
subito meruit in domo habere. Insuper gratia, operatur fi-
des per dilectionem, suscipitur Christus in domū, qui iam ha-
bitabat in corde. Aperte mihi ex hoc loco cōfirmari vi-
detur, q; Theologi docent, facienti quod in se est Deū
gratiam nō denegare, posse q; hominē sese aliquo mo-
do ad gratiam disponere. Nec enim dubium est, qui
propterea Christus Zachæū vocauerit, quia & cor eius
perceptum habebat, & quia viderat, quam singulari
vfu fuisset diligentia, vt vel se videret. Accepit plus, q;
sperabat, qui q; potuit fecit. Si sequentes se Christus
inuat, quanto magis iuuabit præcurrentes. Quod fe-
stinare iubet, ad magnitudinem pertinet beneficii. Bis
dat qui cito dat: ter qui beneficium non petenti, non
speranti offert, quare, qui eum exhortatur, quasi eius
agens causam, vt diligens fit in accipiendo. Videtur et
alludere voluisse Christus ad festinationē illam, qua
Zachæus præcurrrens in arborem ascendit. Tanquā
si dicat, quem ad modum festinasti, vt ascenderes, fe-
stina, vt descendas, & me recipias. Hoc est prout te ad
gratiam meam disposuisti, ita eam recipias.

6. Et festinans descendit, & ex epiti illum gaudens.] Fecit
quod Christus iussit, eodemq; modo, quo iussit.
Iustus enim erat vt festinanter descendere, festina-
nterq; descendit. Hoc nimirum est diuine respon-
dere gratiæ, cōfessum vocantem sequi, non moras ne-
dere, non villam, non iuga bouum empta, nō vxotem
ductam exulare, non adueniendum iis, qui domi
sunt, non ad sepeliendum patrem velle reuerti. Nemo
mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est reg-
no Dei. Festinare, qui vocatur, caueat, ne terribilem il-
lā vocem audiat, Vocati, & tenuisti, exiisti manum meā,
& non fuit, qui absiret: et ego quos, in interitu vestro videbo.
O + R +

Ma. 13. a. 3.
Ius. 21. b. 6.
Matth. 21.
b. 12.
Mat. 11. b.
17.
Ips. 16. c. 7.
Ier. 7. b. 12.

Sycomorus
quasi arbor
arbor.
Lib. 13. c. 7.

Hominem
se posse ad
gratiam
disponere.

Sup. ca. 14.
18. 19. 21. 28.
Iap. 9. 39.
61. 62.

Proverb. 1.
14. 26.

Recte hoc Theophylactus aduertit. Qui allegoricos quatit auctores. legat eos, quos ver. 2. indicauimus.

7. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicens, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Putant Cyprian. lib. 2. epist. 3. & in lib. de opere. & eleemosynis, & Tertul. lib. 4. contra Marc. & Chrysoft. in hom. de Zachæo, Beda, idemque videtur Ambrosius existimasse, Zachæum hominem fuisse Gentilem, ideoque Iudæos murmurasse, quod ad illum diuertisset, quod Iudæis nō liceret in domos ingredi Gentilium, multo minus cibum cum illis sumere. Nam & cum Petro Iudæos discipulasse legitur, quod ad viros praprium habentes introiisset, & cum illis mensam communicasset Act. 11. 23. & quidem etiam noua videtur opinio, probabilis tamen est. Nam & publicanorum officium etiam Iudæi, vt Mattheus, exercebant, magis tamen proprium Gentilium videbatur. O diosam enim apud Iudæos erat tributum ab ipsis Imperatoris exigere. Et solebant Iudæi Gentiles omnes peccatores appellare, & nomine peccatorum Gentiles intelligere, vt cum Christus dicit se in manus peccatorum esse tradendam Matt. 26. 45. Marc. 14. 41. Luc. 24. 7. An aduertimus etiam Zachæum, cum bona opera, quæ faciebat, recensebat, nihil legale recensuisse, non decimas, non leuonia, quem admodum ille fecerat Pharisæus ca. 18. 12. sed restitutionem tetum mætre paratum, & eleemosynas in pauperes quas Cetero etiam ille Cornelius faciebat, homo Gentilis Act. 10. 2. 4. & quod Christus dicit v. 9. Hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahæ, quod impedit hanc sententiam videtur, maxime iuuant. Si enim fuisset ex genere Abraham sicut Iudæi omnes, non dixisset, eo quod & ipse. Quod est, & ipse nisi etiam ipse, quāuis carne filius Abrahæ non sit, spiritum enim. Non enim omnes qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ: nec, qui sensus sunt Abrahæ, omnes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est non qui filij carnis, ij filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, estimantur in semine, Rom. 9. 6. 7. Probabilem tamen opinionem esse dico, non certam. Nā publicani omnes, quāuis Iudæi essent, pro publicis peccatoribus habebantur, & cum in domum Matthei adhuc publicani, Iudæi tñ d uertisset, similiter Pharisæi murmurabant, supra c. 30. & Matt. 9. 11. Quis iustitiam illi qui hoc loco dicitur murmurasse, in certum est. Nam quod Euangelista omnes murmurasse dicit, nemo dubitat per synecdochem intelligendum, quia omnes murmurasse dicuntur, quia magna pars murmurauit. Hæreticorū interpret semper Christi discipulis iniquis, ipsos etiam murmurasse fortasse putat. Sed id procul omni dubio esse debet, qui murmurauerunt, non fuisset discipulos, cum meliora de Christo cogitarent: & vltiam didicissent, quo ille consilio ad peccatores diuertere solebat. Fuerunt igitur eius loci ciues, & vt credibile est, præsertim Pharisæi, qui pro magno habebant scelere cum peccatoribus consuetudinem habere, dicentes: Longe recede a me, noli me tangere, quoniam inmundus sum, idq; frequenter obiciebant Christo supra cap. 5. 30. & ca. 7. 39.

Zachæus an fuerit Gentilis.

Peccatores dicit Gentilis.

Caluimus in Hieronymo.

Ysa. 65. 1. apud Augustinum. 25. hom. 39. 13a. 52.

dicari sumus. Ceterum quæ esse videtur ostentatio, non est, sed explicatio vitæ præteritæ coram magistro, vt indicaret, eoque sibi de ea vi ratione mutandum esset. Quod dicit do, & reddo, alij inuenerunt, quasi antequam ad ipsum Christum venisset, solutus fuisset dimidiam bonorum suorum partem pauperibus dare, & si quid quem defraudasset, quadruplum reddere. In qua certe sententia Cyprianus est lib. 2. epist. 3. & lib. de opere, & eleemosynis. Alii contra præsentia pro futuris posita, sensum quæ esse, ecce dimidiam bonorum meorum do pauperibus, id est paratus sum in posterum dare, ecce offero, & si quid aliquid defraudauit, paratus sum quadruplum reddere. Quasi id ante facere non solet, in posterum autem facere constituerit. Multos hæc sententia, & graues habet auctores, Iren. lib. 2. c. 26. Tertull. lib. 4. contra Marcionem C. C. C. in hom. de Zachæo, Ambr. Bedam, Theophyl. & Euthym. in comment. Fulgētiū in epistola ad Gallam. Hoc probabilis, & quia plures auctores dicunt, & quia Christus videtur significare, cum dicit v. 9. Hodie salus domui huic facta est, quasi non ante Zachæus fuisset iustificatus, fuisset autem fca opera, propter quæ tunc iustificatus est, ante fecisset. Sicut qui putent Zachæum omnibus estis bonis secutum Christum, eius quæ factum esse discipulum, quod minime obscure Faugētius scribit, obscurus indicant Chryl. & Angult. Cur ergo non omnia omnino bona sua pauperibus dedit? Respondent Angult. & Chryl. propterea dimidiam bonorum suorum retinuisse partem, vt haberet, vnde per fraudem ablata restitueret. Ideo mihi dimidiam retinuo, inquit Angult. ex eius persona loquens, non quod habeam, sed vnde reddam. Quare quadruplum reddiderit, quærent aliqui. A quidam putant lege fecisse quæ quadruplum reddere iubet, Exod. 22. 1. 2. Reg. 12. 16. vt Beda, Theophyl. & Euthym. Magis credo ex abundantia fecisse caritate. Nam cum satis certum non haberet, quantum cuius; abstulisset, voluit, ne aliquid forte alienam retinens erraret, quadruplo plus reddere, quam sibi debere videbatur. Quod omnes profecto generatores facere deberent. Etenim, vt superius docuimus, probabilis est Zachæum fuisse Gentilem, qui lege non tenebatur, & lex non ex omnibus rebus, sed ex solis ouibus, si furto sublatæ fuissent, quadruplū reddere iubebat, Exod. 22. 1. ex aliis plus, vt ex bobus quintuplum: ex aliis minus, & Zachæus ille, cum publicanus esset, non boues, aut oues, sed pecuniam vtique furabatur.

9. At Iesus ad eum, qui ad hodie salus domui huic facta est. Docet Christus, quam ob causam murmurantibus omnibus ad peccatorem diuertisset. Hodie, inquit Angult. ser. 8. de verbis Apostoli, salus huic domui facta est. Ecce quare intrauit, salus hodie facta est. Virg. si Saluator non intrasset, salus in illa domo facta non esset. Quid ergo mirari agrotat voca & tu Iesum, noli tibi sanus videri. Cum iste agrotat, qui medicum suscipit: desperat agrotat, qui per insaniam medicum cadit. Quis ergo eius insaniam, qui medicum o cedit? Quanta vero domus, & potentia medici, qui languens suo insano interfecto suo medicamentum fecit? Nec enim mille, qui veniat querere, & saluare, quod perierat, pendens sine causa dicebat: Patet ignoscere illi, qui a nesciunt, quid fecerit. Inf. cap. 34. Insani sunt medicum sum: Iamiani, patienter sero, cum occiderint, tunc sanabo. Hæc Angult. aduersus eos, qui murmurauerant, quod ad Zachæum Christum diuertisset. Non dicit Christus, Hodie salus tibi facta est, sed, Hodie salus domui huic facta est, sine vt beneficium amplificaret, significaretque non Zachæum modo, sed vniuersam eius familiam omnino saluatam fuisse: sicut de Cornelio illo dicitur Act. 10. 2. religio sum fuisse, ac timentem Deum, cum omni domo sua: & paraturaria illa Act. 16. 15. cū omni domo sua baptizata fuisse dicitur, item-

Cur quæ dicitur reddidit Zachæum.

23. 10. 21. 23ab. 3.

Matt. 10. 6. 23. 24.

Qui sunt filij Abrahæ, & qui filij diaboli.

itemque custos ille carceris eodem c. ver. 33. & Crispus Archienagorogus Act. 18. 8. sic Euthym. intelligit. Sicut vt indicaret domum illam Zachæi, anteam quidem diem occultam fuisse salutem, vt & fraudibus apertam, illa primum die salutis aditū patefecisse, cum ingredienti sibi patefecisset: cum enim, id est cum Saluatore salutem ingressam, quod vt significaret non dicit salus Zachæo, sed salus domui huic facta est, quamuis per domum solum Zachæi, vt Theophyl. putat, intelligat. Nā cum eius rei causam reddidit, non dicit, eo quod ipi filij sint Abrahæ; sed eo quod & ipse filius sit Abrahæ, quasi Zachæum ipsum domum appellauerit. Nā quod quidam dicit Græce relatiuum abris ipse, non ad Zachæam, sed ad domum esse referendum, quæ Græce masculino dicitur genere, dicitur est, quā quod ipsi durissimum putant, vt cum Zachæo ipsi loqueretur, per tertiam personam dicat, eo quod & ipse filius sit Abrahæ. Præsertim si verum est, quod idem auctores recte tunc tradunt, illud quod Euangelista dicit, At Iesus ad eum, perinde intelligi posse, ac si diceret, ait Iesus de illo, vt ad Istraël autem dicitur est, id est, de Istraël, & Multi dicunt anime mee, id est deam maue. Propter quæ quod Christus cū Zachæo de Zachæo loqui potuit. Pingamus ergo cum Zachæo loquentem dixisse, Hodie Zachæo salus facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahæ, quid fuisset absurdum: cum ita nos vulgo frequenter loqui soleamus. A qui idem est, quod dicit: Hodie salus domui huic facta est, atque si diceret: Hodie Zachæo salus facta est, si posterior Theophyl. interpretatio vera est, quæ certe videtur probabilior.

Et quod & ipse filius sit Abrahæ. An Zachæus ex Abrahami genere Iudæus fuerit, v. 7. differimus. Ergo si Iudæus erat, hæc verba duobus modis interpretari possumus. Aut vt sensus sit, ideo Zachæum salutū fuisse, quia filius erat Abrahæ, nō quod omnes, qui generi filij erant Abrahæ, salui essent, sed quod ius quoddam ad salutem habere viderentur, quasi propter illos potissimum Christus venisset. Quasi dicat, quāuis Zachæus hæc genus peccator fuerit, tamē mirandum non est consequitum hodie fuisse salutem, nam & ipse filius erat Abrahæ, quem admodum ceteri, qui illum peccatorem, se iustos esse putant. Videtur enim ad eos, qui murmurauerant, alludere. Atque hanc vim particula illa & habere potest, eo quod & ipse. Aut vt filium Abrahæ non genere, quāuis genere etiam filius esset, sed fidei, caritatisque imitatione Christus appelleret. Filios enim Abrahæ dicere solent, qui opera imitabantur Abrahami. Si filij Abrahæ essent, opera Abrahæ facite, Ios. 8. 33. sicut filios diaboli, qui diabolum imitantur. Vos ex parte diaboli estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ioan. 8. 44. Quasi dicat, Hodie Zachæo salus facta est, quia & ipse credendo, bonæque sua pauperibus distribucio Abrahamum imitatus est, quem admodum & ceteri, qui in me crediderunt, quāuis h. ceteris peccatores fuerint: eam quæ habebit vim particula, & quam emphaticam esse manifestum est. Sin veterum auctori sequamur opinionem, quæ Zachæum magno consensu Gentilem fuisse putauerunt, conuenienter interpretabimur, eo quod & ipse filius sit Abrahæ, id est, quāuis eo genere nō sit, tamen fide est, quem admodum, qui ex eo origine trahunt. Atque in hūc sensum omnes antiqui auctores quoque ver. 7. citatissimi interpretantur, & emphaticam conuentionis, & magis apparet. Cum enim Iudæi murmurauerant, quod ad hominem peccatorem, id est, Gentilem, qui filius non esset Abrahæ, diuertisset, responderent iam ipsum filium esse Abrahæ, ideoque vel item consensum. Quæ sequuntur, vt que ad v. 4. apud Mattheum expoliamus.

Cur imperator facta sit oratio.

41. Et vt appropinquamus vbi Ierosolyma. Cum Christus magnam cum gloria personantibus vndique fauiss

est,

est, *nae* *epistola* *ea*, legendum suspicor *nae* *epistola*, A
vna tantum littera mutata. que mutatio illud efficiet,
vt relatiuum *qua* ad diem referatur, quod si fiat, sensus
est planus, *Si cognouisset & tu, quia uenit dies in te, &*
circumdabant te inimici tui uallo, &c. Si inquam, haec tu
mala tibi impendenda cognouisset, quae quidem modo
minime cognouisset, sed *abscondita sunt ab oculis tuis*, si in
quam cognouisset etiam in hac die tua, *qua ad pacem tuam*
(sub. est) id est, quae tanta pace tanta securitate frue-
reris, heres utique sicut & ego fleo, non letarere, sicut
modo letaris. Haec sententia conueniens, & ab omni-
bis difficultatibus expedita est. Nam cum superiore
aliorum interpretatione uideretur multa pugnare, quae
cum hac mirifice conueniunt. Primum quidem, quod
quemadmodum in illa particulari & plane Christi in
de comparisonem continet, si cognouisset & tu, sicut &
ego, ita didici illa, si, omnino postulare uideatur, vt
intelligatur, faceres, quod ego facio, heres, sicut ego
fleo. Si autem hoc intelligendum est, non potest esse
sensus, si cognouisset ea, quae ad pacem tuam perti-
nent. Quo enim modo haec duo cohaerebunt, si co-
gnouisset pacem tuam, heres, non enim fletet, sed letar-
etur, si pacem suam cognouisset. Deinde quod illa
verba, & quidem in hac die tua, manifestum sit empha-
tica esse, perit autem omnis emphasis, si uerbum co-
gnouisset ad pacem referatur, elucet, si ad imminenda
referatur mala, belle enim conuenit si cognouisset quae
tibi imminet mala, & quidem hoc ipso tempore, quo
tot fratribus bonis, lacrymis temperare non posses. De-
neris quod uerba, quae sequuntur, quia uenit dies in
te, nullo modo cum ea interpretatione cohaerere pos-
sunt. Nam eorum sententiam, qui causam a Christo,
cur flet, reddi putant, nec fallendam quidem arbi-
tror, sensus ergo est ille, quem indicauimus, illud tan-
tum huic sententiae uideretur repugnare, quod nos
interpres priorum illud sensum expressisse uideatur:
sed haud difficile potest nostra etiam uersio ad hanc
interpretationem accommodari. Nam relatiuum quae
non solum pluralis, sed etiam singularis numeri esse
potest, & ad diem referri, quemadmodum nos refer-
*endum esse patemus, si pro *nae*, Graece legamus,*
nae, sicut nos *fortassis legit interpretes. Imo uero*
uersio nostra magis huic interpretationi fauet, non e-
*nim legit *nae* *epistola* *ea*, quae ad pacem tuam, sed*
*nae *epistola* *ea*, quae ad pacem tuam, quod melius cum*
nostra interpretatione conuenit. Quo ergo modo il-
la haerebunt uerba. Num aut. in abscondita, iust ab o. illu-
tus: Vix quidem, si, quemadmodum superiores illi au-

ctores faciunt, ad superiora referantur: si tamen ad se-
quentia, vt ego refero, aptissime haerent. *Si cognouisset*
& tu, & quidem hoc ipso tempore, quo tanta pace let-
etur es, quae tibi imminet mala, etiam si nunc ab ocu-
lis tuis abscondita uideri, heres utique mecum. Mollior
*etiam nunc erit oratio si, quod Graece est *nae*, singulari*
numero uertamus: Nunc autem absconditum est
ab oculis tuis, quod quae si cognouisset, heres, quia u-
enient dies in te, & circumdabant te inimici tui uallo, & quae
sequuntur. Describit Christus futurum uicis excidium,
quod sub Tito, & Vespasiano accidit. Quare & le-
Deum esse declarauit, qui futura sciret, & Ierosoly-
mitanos ciues monet, vt ad Deum conuersi impen-
dentem calamitatem effugiant, quasi dicat, quod olim
per Ieremiam Deus dixerat c. 1. i. i. u. autem formidat es
cum amatoribus tuis, tamen reuertere, & c. 4. 3. si reuertere
Israel, ad me conuertere, & si absuleris, si iudicia tua a fac-
ie mea, non commoueris. Eodem penitus modo ante tot
annos Ilias Ierosolymitanum ruinam praedixerat c. 29. 1. 2.
3. 4. quem ad locum allusile uideatur Christus, si ille
*enim fere uisus est uerbis, *nae* *Ariel*, *Ariel* *ciuitas*, quam ex-*
*pugnauit Dauid, addit uisus est *nae* *nae* *nae*, solemnitates*
*euoluit *nae*, & circumuallabo *Ariel*, & erit tristis, & me-*
*rens, & erit mihi quasi *Ariel*. Et circumdabo quasi sphaeram*
in circuitu tuo, & iaciam contra te oggerem, & monumenta
ponam in obsidione tua. Humiliter, de terra loqueris,
& de humo audietur eloquium tuum. Cyillus quidem
certe, Eusebius, & Theodoretus eo putant hoc loco
repperisse Christum.

Et quod non cognouerit tempus uisitationis. Causam
reddidit Christus, quam obrem Ierosolymita esse referenda,
quod nimirum tempus uisitationis sua cognoscere
noluisset, id est oportunitatem salutis suae occasionem
amplecti. Tempus primidiuenuit sui, tempus ista
uicis, appellat, quia uisitauit nos oriens ex alto, vt dixit Za-
charias supra c. 1. 68. 78. & quia ueniens uisitauit, & fecit
redemptionem plebi suae. Hoc est tempus acceptabile, &
dicit salutaris, vt D. Paulus interpretatur, 2. Cor. 6. 2. Do-
cuius c. 1. 68. uisitandi uerbum & in bonu, & in ma-
lum poni, hoc loco non dubium, quin in bonum po-
situm sit. Petinde ergo est, atq; si diceret, Hoc erit iudi-
cium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines
magis tenebras, quam lucem. Mirum D. Augustinum su-
periora illa uerba uer. 4. 2. cum hunc locum citat, sem-
per cum istis copulare, si cognouisset, & tu tempus uisita-
tionis tuae, vt epistol. 79. & 80. at confusione memorie
factum puto. Vide reliqua, quae sequuntur in Matthei
commentariis.

CAPVT XX.

Factum est in una dierum, docente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt
principes sacerdotum, & scribae cum senioribus, 2. Et aiunt dicentes ad illum: Dic nobis in qua
potestate haec facis? aut: Quis est, qui dedit tibi hanc potestatem? 3. Respondens autem Iesus, di-
xit ad illos: Interrogabo uos & ego unum uerbum. Respondete mihi: 4. Baptistus Ioannis de cae-
lo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia si dixerimus, de caelo, dices, Quare ergo non
credidimus illi? 6. Si autem dixerimus, ex hominibus, plebs uniuersa lapidabit nos, certi sunt enim, Ioan-
nem prophetam esse. 7. Et responderunt se nescire unde esset. 8. Et Iesus ait illis: Neque ego dico uobis, in qua pote-
state haec facio. 9. Capis autem dicere ad plebem parabolaam hanc: Homo plantauit uineam, & locauit eam coloni-
bus, & ipse peregre fuit multis temporibus. 10. Et in tempore misit ad cultores seruum, vt de fructu uinae da-
rent illi. Qui casum dimiserunt eum inanem. 11. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque
cadentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. 12. Et addidit tertium mittere, qui & illum uin-
tantes eiecerunt. 13. Dixit autem dominus uineae: Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan, cum
hunc uiderint, uerubuntur. 14. Quem cum uiderent coloni, cogitauerunt intra se, dicentes: Hic est heres, occi-
damus illum, ut nostra fiat hereditas. 15. Et eiecunt illum extra uineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis do-
minus uineae? 16. Veniet, & perdet colonos istos, & dabit uineam alijs. Quo audito, dixerunt illi: Absit.
autem

Matth. 21.
c. 23.
Mar. 11. d.
27.
Matth. 21.
d. 31.
Mar. 11. d.
31.
Ista. 1. d.
17. a. d. 21.

Fatum est
hic excaui
describit
Christum.

Visitatio
uicis in
bonum po-
situm.
Ioan. 3. 19.

autem afficiens eos ait: Quid est ergo hoc, quod scriptum est: Lapidem, quem reprobauerunt adificantes, hic
factus est in caput anguli? 18. Omnis, qui ceciderit super illum lapidem, conuulsabitur: super quem autem ce-
ciderit, conuulsabitur. 19. Et querebant principes sacerdotum, & scribae mutere in illum manus illa hora:
& timerunt populum: cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem hanc. 20. Et obseruantes mi-
serunt insidiatos, qui se in uos simularent, vt caperent eum in sermone, vt traderent illum principibus & po-
tati praefidis. 21. Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, scimus quia recte dicis, & doces: & non ac-
cipis personam, sed uiam Dei in ueritate doces: 22. licet uobis tributum dare Caesari, an non? 23. Considerans
autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis? 24. ostendite mihi denarium: Cuius habet imaginem,
inscriptionem? Respondentes dixerunt ei: Caesaris. 25. Et ait illis: Reddite ergo quae sunt Caesaris, Caesari: &
quae sunt Dei, Deo, 26. Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in responsu eius
tacuerunt. 27. Accesserunt autem quidam Sadducorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogaue-
runt eum, 28. dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis: Si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem,
& hic sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater eius uxorem, & nascitur semen fratri suo: 29. septem ergo fra-
tres erant: & primus accepit uxorem, & mortuus est sine filijs. 30. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus
est sine filio. 31. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui
sunt. 32. Nouissime omnium mortua est & mulier. 33. In resurrectione ergo, cuius eorum erit uxor? si qui-
dem septem habuerunt eam uxorem. 34. Et ait illis Iesus: Filij huius saeculi nubunt, & traduntur ad nuptias:
35. illi uero, neque enim ultra mori poterunt: aequales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei: cum sint filij resur-
rectionis. 37. Quia uero resurgens mortuus, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxo-
res: 36. neque enim ultra mori poterunt: aequales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei: cum sint filij resur-
rectionis. 37. Quia uero resurgens mortuus, & Moyses ostendit secus rubrum, sicut dicit Dominus, Deum A-
braham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. 38. Deus autem non est mortuorum, sed uiuorum: omnes enim uiuunt
ei. 39. Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei: Magister bene dixisti. 40. Et amplius non au-
debant eum quidquam interrogare. 41. Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum, filium esse Da-
uid? & Ioseph Dauid dicit in libro Psalmorum: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, 43. donec
ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum? 44. Dauid ergo Dominum illum uocat: & quomodo filius
eius est? 45. Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis: 46. Attendite a Scribis, qui uolunt
ambulare in stolis, & emant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primas dignitates
in conuiuijs. 47. Qui dicunt sibi domos uiduarum, simulantes longam orationem. His accipient damnationem
maiorum.

IN CAPVT XX.

Et factum est in una dierum, Ex illis quatuor, qui-
bus post ingressum illum celebrem in uehem le-
toso Iosolymam, usque ad diem, quo est comprehensus, in

templo docuit, cum non in Bethaniam rediret, vt a-
pud Mattheum c. 21. 17. & 26. 2. copiose docuimus A-
pud quem c. 21. 21. & 23. totum hoc caput explicatum est.

CAPVT XXI.

Respectiensi autem uidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium, dicitur. 2. Vi-
dit autem & quandam uiduam pauperculam mittentem era mirum a duo. 3. Et dixit. Fere di-
co uobis, quia uidua haec pauper, plus quam omnes misit. 4. Nam omnes haec ex abundantia sibi
miserant in munera Dei, haec autem ex eo, quod deceit illi, omnem uictum suum, quem habuit,
misit. 5. Et quibusdam dicentibus de templo quod bonis lapideibus, & donis ornatum esset, dixit: 6. Haec, quae
uidetis, uenient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruetur. 7. Interrogauerunt au-
tem illum, dicentes: Praecipit, quando haec erunt, & quod signum, cum fieri incipient? Qui dixit: 8. Videte
ne seducamini: multi enim ueniunt in nomine meo, dicentes quia ego sum: & tempus appropinquauit: nolite
ergo ire post eos. 9. Cum autem audieritis praedia, & seditiones, nolite terri: oportet primum haec fieri, sed non
dum statim finis. 10. Tunc dicebat illis: Surge et gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. 11. Et ter-
ram motus magni erunt per loca, & pestilentiae, & fames, serroresq; de caelo, & signa magna erunt. 12. Sed ante
haec omnia incipient uobis manus suas, & persequentur tradentes in synagogas, & custodias, trabentes ad reges,
& praedictis propter nomen meum: 13. continget autem uobis in testimonium. 14. Ponite ergo in cordibus
uestris non praemeditari quemadmodum respondeatis. 15. ego enim dabo uobis os, & sapientiam, cui non pote-
ritis resistere, & contradiere omnes aduersarij uestri. 16. Trademini autem a parentibus, & fratribus, &
cognatis, & amicis, & morte afficient ex uobis. 17. & eritis odio omnibus propter nomen meum, 18. & capil-
lus de capite uestro non peribit: 19. in patientia uestra possidebitis animas uestras. 20. Cum autem uideri-
tis circumdari ab exercitu, tunc scitote, quia appropinquauit desolatio eius: 21. tunc qui in Iudaea sunt,
fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam. 22. quia dies ul-
tionis huius sunt, ut implerantur omnia, quae scripta sunt. 23. Vt autem pregnantibus, & nutriendis in illis die-
bus, erit enim pressura magna super terram, & in populo huius. 24. Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur
in omne. Gentes, & Ierosolyma calcabuntur a Gentibus: donec impleantur tempora nationum. 25. Et erunt signa
in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura Gentium praefusione sonitus maris, & fluctuum: 26. arcectibus
homi-

Mar. 11. d.
42.
Mat. 24. d.
8.
Mar. 13. d.
a.
Sup. 19. b.
46.
Mar. 14. d.
15.
Mar. 13. d. 4.
Dan. 9. g.
Mar. 14. d.
19.
Mar. 13. d.
24.
homi-